Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8133
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Feria quarta puer qui natus fuerit consultus sive
consiliator in multis erit libenter male loquitur laudabit
malum plus quam bonum delitiosus et dives multitu-
dine erit inimicos multos habebit et erit
latratus gladio Sequitur de quinta feria

De quinta feria

Feria quinta puer qui nascitur pauper per fideiussores erit
non erit innumerans sed semper deum laudabit non mul-
tos pueros habebit et in senectute multos de-
fectos habebit Sequitur de sexta feria etc

Sexta feria etc

Feria sexta puer qui natus fuit angustias et penas
habebit ingeniosus et malus quia malitiam plus diligit
antequam bonum iratus valde et ferro percutietur quicquid promittet
illud adimplebit Scias habebit multum male etc

Sabatho

Sabatho puer qui nascitur in indie saturni sapiens
officiosus erit sed sua officia ingrata erunt et modicum
fructum consequentur Et hec omnia predicta a stellis et a pla-
netis pervenerunt et in quolibet planetarum propriam naturam habet quod
imprimit generatus iuxta occurrentiam temporalem. Sequitur alia